



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 580/20/1

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, attentis precibus die XXI Junii MMXX porrectis ab Exc.mo ac Rev.mo P. D.no Fabio Dal Cin, ab Alma Domo Lauretana Archiepiscopo Praelato, Delegato Pontificio pro Sanctuario Lauretano et Basilica Sancti Antonii Patavii, omnia et singula spiritualia beneficia, occasione centesimi anniversarii, ex quo a Benedicto Pp. XV constituta est Beatissima Maria Virgo Lauretana omnium aeronautarum praecipua apud Deum Patrona, vi Decreti (Prot. N. 271/19/1) die I Novembris MMXIX iam rite concessa totum per Jubilarem Annum a die VIII Decembris MMXIX usque ad diem X Decembris MMXX indictum, at propter epidemiam morbi "covid-19" cum populo diu pro dolor non celebratum, nunc pro fidelium utilitate, de specialissimo mandato Ss.mi Domini Nostrri Francisci Pp., per praesentes prorogat usque ad diem X Decembris MMXXI.

Profecto ex prorogata largitate Ecclesiae christifideles haurient pia proposita et spiritale robur vitae ad legem Evangelicam traducendae, in hierarchica communione et filiali devotione erga Summum Pontificem, Catholicae Ecclesiae visibile fundamentum, et proprium sacrorum Antistitentium.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XVI Julii, anno MMXX, in commemoratione B. Mariae Virginis a Monte Carmelo.

Maurus Card. Piacenza

MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel
CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens